2-6

24-3-7

35-7-11

Est. 3. Tab. 4. Num. 12

# IOANNIS DE CARMONA

MEDICI ATQVE PHILOSOPHI Hiſpalenſis (quondam Llerenæ perpetui decurionis, eiuſdemq; ſanctæ Inquiſitionis Medici iurati, Regiaq; mercede conducti) Tractatus an Aſtrologia, ſit Medicis neceſſaria.

¶ *Ad Illuſtriſsimum Dominum Dominum Rodericum de Caſtro, Archiepiſcopum Hiſpalenſem, nec non Cardinalem ſanctæ Romanæ AEccleſiæ, duodecim Apoſtolorum.*

Acceſsit inſuper praxis ſubtiliſsima, ac Ad curandā cognoſcendamq; peſtilentiam apprime neceſſaria, eiuſdem Authoris.

HISPALI.

Apud Franciſcum Perez, Typographum.

Ano 1590.

# EL REY.

POR quanto por parte de vos el Lic
cia do Iuan de Carmona, Medico, ve
no de la Ciudad de Sevilla, nos fue fe
relaciõ, que aviades compueſto dos trata
el vno intitulado An aſtrologia medicis, ſit
ceſſaria y el otro de Peſte, & Febribus C
pũcticulis (de que hiziſtes preſentacion,)
los quales aviades paſſado mucho trabajo:
plicando nos los mãdaſſemos ver, y daros li
cia para le imprimir: y previlegio por veyn
años, y q̃ ninguna perſona le pudieſſe imp
mir ſin orden vueſtra, o como la nr̃a merc
fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Co
ſejo: por quanto en los dichos tratados ſe h
zieron las diligencias que la Pragmatica p
nos fecha ſobre la impreſsiõ de los libros di
pone: Fue acordado que deviamos manda
dar eſta nueſtra Cedula en la dicha razon,
nos tuvimos lo por bien: por la qual vos d
mos licencia y facultad, para que vos o la p
ſona que vueſtro poder oviere: y no otra a
guna, podays hazer imprimir y vender el

ho libro que de ſuſo ſe haze mencion, en to
os nueſtros Reynos de Caſtilla, por tiempo
eſpacio de diez años primeros ſiguientes,
ue corran y ſe cuenten deſde el dia de la fe-
ha deſta nueſtra cedula en adelante. So pe-
a que la perſona, o perſonas que ſin tener
ara ello vueſtro poder, lo imprimiere o vẽ-
iere, o hiziere imprimir o vender, pierda la
npreſsion que hiziere, cõ los moldes y apa
ejos dello: y mas incurra en pena de cincuẽ
a mil maravedis, cada vez que lo contrario
iziere. La qual dicha pena, ſea: la tercia par-
e para la perſona q̃ lo acuſare: y la otra ter-
ia parte para el Iuez que lo ſentẽciare. Y la-
tra tercia parte para la nueſtra Camara, y
ſco. Con tanto, que todas las vezes q̃ ovie-
edes de hazer imprimir el dicho libro (durã
e el dicho tiempo de los dichos diez años) le
raygays al nueſtro Conſejo: juntamente cõ
l Original, que en el fue viſto: que va rubri-
ado cada plana, y firmado al fin de Iuan Ga-
o de Andrada, nueſtro Scrivano de Cama-
a, de los que reſiden en el nueſtro Conſejo.
con que antes que ſe venda le traygays an

te los del nueſtro Conſejo, juntamente co
el dicho original: para q̃ ſe vea ſi la dicha im
preſsion eſta conforme a el : o traygays fe
en publica forma , en como por Correcto
nõbrado por nueſtro mandado ſe vio y cor
gio la dicha impreſsion por el dicho origin
y ſe imprimio conforme a el: y quedã impr
ſas las Erratas por el apuntadas, para cada v
libro de los que anſi fueren impreſſos: y ſe
taſſe el precio que por cada volumen avey
de aver. So pena de caer è incurrir en las l
yes y pragmaticas de nueſtros Reynos. Y m
damos a los del nueſtro Cõſejo, y a otras qu
leſquier juſticias deſtos nueſtros Reynos,
guarden y cumplan y executen eſta nueſtr
cedula, y todo lo enella contenido. Fecha e
ſan Lorenço a veynte y ſiete dias nel mes d
Septiembre, de mil y quinientos y ochenta y
ſeis años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Iuan Vazquez.


IOANNES DE CARMONA.
ÆTATIS SVÆ 52 ANNO.

# AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM, DOMInum Rodericum de Caſtro, Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, duodecim Apoſtolorum, nec non Archiepiſcopum Hiſpalenſem: Ioannes de Carmona Medicus atq; Philoſophus S.P.D.

FERTVR, ET MERITO quidem, præſes illuſtriſsime, ab antiquis, hominem phora appellatum, quod lucẽ adeò æmuletur: vt quemadmodum luce omnia illuſtrantur, perſpicuaq́; fiunt: ſic, hominis intellectu atq; memoria, voluntatis impulſu ad ſcientiam cohortante, multa per Philoſophiam, & in veſtigata ſint, & in dies magis inueſtigentur. Etenim, vt ait Ariſtoteles, omnis homo natura ſcire deſide

in æſtu ingenti exteriori, dolorem percipiamus: quæmadmodum à minima cutis diuiſione? Cui docte ſatisfacit gentilis, quæſtione. 44. Extrauagantium dum ſic ait: his præmiſsis, dicamus; quod ſolutio continuitatis, hoc modo, eſt cauſa doloris. Nam ſenſibilia ſenſus tactus, naturaliter ocurrere debent, á determinatis ſuperficiebus, verbi gratia, à cuti, quæ eſt hymen, & gradatim, eorum alteratio, debet prouenire ad alias partes; & ſic etiam de ſenſibilibus, ab intra ocurrentibus, quia determinatis partibus debent occurrere. Cum ergo cultello ſcinditur caro, occurrũt ſenſibilia ad ſuperficies, ſiue partes, ad quas, non debebant occurrere: & ideo, omnia, quæ

occurrunt, ſunt improportionata, & inconuenientia: & malam permutationem facientia. Et ſic accidit dolor. Non ergo ipſa diuiſio, quæ eſt, verbi gratia, diuerſificatio, id eſt factio duorum de vno continuo, eſt cauſa imprimens illam triſtem ſenſationem. Neq; diuidens cultellus, vt imprimit, & diuidit; ſed imprimens illam malã ſenſationem, quæ eſt formaliter dolor, eſt cultellus, vt quoddam tangibile; & aer, qui tangit, & humores, qui fluũt. Vnde etiam, ceſſante diuiſione quia aer imprimit poſt diuiſionem, & etiam humores, fit dolor. Et tamen ille cultellus, vel aer, vel humor, ſi cũ eorum qualitatibus tangibilibus, nõ excedentibus occurriſſent ab extra, à ſu-

à ſuperficiecutis alterandovſq; ad pro fundum, non feciſſent dolorem. Et eadem tangibilia, occurrentia, ad ſuperficies factas indiuiſione, faciunt dolorem. Hæc ille. Quibus ex verbis, manifeſte colligitur reſponſio, quare in febre ardentiſsima, vbi multa vrget intemperies, non ſentitur dolor, ei æqualis, qui ſenſitur à minima cutis diuiſione: etiā ſi quamuis non ita acutus, ſentiatur; ſentitur tamen ſuo modo dolor. Præcipue verò dum febris eſt in fieri, ſcilicet, in principio, & augmento. In Solis verò æſtu vehemēti, ſi friguerimus, non modo non percipiemus dolorem; verum etiam lætitiam; quo vſq; ad naturalem ſtatum reducti fuerimus. Quod vtiq; experiē

tia adeo probatur, vt nulla alia egeat demonſtratione. Cæterum, ſi vltra progrediatur Solis exæſtuatio, dolorem ſequi, nemo non experitur: verũ ſuo modo, quandoquidem non oportet tactum, quoquomodo organum diſponatur, ſiuè abs quouis tangibili immutetur, ſemper eodem modo affici aut dolere. Quare mirum non eſt, ſi alio modo abs cutis diuiſione, alio à Sole, alio à febre doleamus. Intereſt enim, non parum, integrónc organo, an factaeius diuiſione, ſenſibile accedat. Attamen, prius quam huic opuſculo coronidem depingamus, operæ pretium duco, quandam rationem examini ſubijciamus; quam ex Auicenna, amicus noſter decerpſit.

Quam

Quam vtiq; ſoluere tentat: ſed quam feliciter, mox videbitur. Sic enim fatur: poſtremo ex Auicenna ſic colligere poſſumus. Si dolor eſſet ſolum à ſolutione continui, fieret vt ſolum pars in qua eſt ſolutio, doleret: ſed dolent aliæ partes, inquibus non eſt ſolutio: quoniam, ſi in aliqua cruris particula eſt ſolutio, totum cru aliquando videmus dolore affici: & non eſt in toto crure ſolutio. Quin etiam & partes diuerſæ dolent. Cum vna duntaxat ſit diuiſa, vt in dentibus patet: vbi contingit, ſanum extirpari, non ſano relicto: dolor igitur, non fit ſolum à ſolutione continui. Huic reſpondeo, dolorem aliquando adeo eſſe intenſum, vt mētem perturbet, adeo quod

neſciat diſtinguere de parte affecta. Hæc ille. Sed, proh Iupiter, quam popularis ſolutio. Quam oſcitantur excogitata ratio. Si quidem Auicennæ propoſitio non ait, quandoq; dolere partes, inquibus non eſt ſolutio, imo verò abſolute id aſſerit: Quod ſēper eſſe intelligo Auicénam aſſeruiſſe. At́que hoc ita eſſe, iam probauimus, rationibus antea allatis. Ná dolor ſemper eſt in parte continua: nunquam vero inſoluta. Præterea, ſi reſponſio eſſet vera, Auicennæ propoſitio tantum vera eſſet in dolore valde intenſo, cum métis perturbatione: ſed hoc eſt ſalſum: falſa igitur ſolutio. Cæterũ falſum id eſſe, experimento conſtat. Nam quotidie experimur, inparuis

do-

doloribus, necnon ſanamente, totam particulam dolore affici: quemadmodum aſſerit Auicenna, adhuc autem ſi dolor adeſt, aut eſt in parte quanta aut in atomo: at non in atomo: eſt igitur in parte quanta. Cæterum, ſi in parte quanta eſt, aut eſt diuiſa in omnem ſuam partem, aut non; at nō primum: ſecundum igitur. Sed pars, quæ dolet eſt quanta; & non eſt in omnem ſuam partem diuiſa; erit igitur dolor vbi non eſt ſolutio. At verò, ſi in omni dolori, vt probatum eſt, hoc accidit, erit ergo propoſitio Auicennæ, vt ſic loquar, non de quandoq; ; vt egregius commentator inſinuat. Quin potius ſemper vera erit. Vnde conſtat, ſolutionem eſſe nullam. Quare, cum

ſatis hucuſq; diſputationem pro tra-
ximus, oportet vtiq; iam receptui ca-
nere. Quandoquidē quiſquilias alias,
qui ſoluere cupit, quæ in hac quæſtio
ne accidere ſolent, conſulat gentilem
pluſquam commentatorem turi
ſanum, nec non alios doctos vi-
ros: ab quibus veritatem ex
hauriet proculdubio.

(.?.)

τελέσ σύν θέο

¶Finis cum Deo.

EVisto en eſte libro que compuſo y hizo el Licenciado Iuá de Carmona: dos Tratados, el vno intitulado An Aſtrologia Medicis ſit neceſſaria. Y el otro de Peſte & Febribus cum pũcticulis: los quales ſon de mucha erudicion y de mucha vtilidad a la republica, y de grande luz, para la curacion delas enfermedades dichas. Y porque es verdad lo firme en ocho de Iunio, de mil y quinientos y ochenta y ſeys años.

El Doctor
Sepulueda.

# INDEX CAPITVLORVM.
## Libri.I.

¶ Capit. 1. in quo potiſsimæ Aſtrologorum rationes continentur, ad probandum. Aſtrologiam medicis neceſſariam eſſe, Autoriſq; multæ earum corroborationes. fol.1.
Cap.2. in quo Aſtrologiam non eſſe medicis neceſſariam probatur. fol.17.
Cap.3. In quo rationes aſtrologorum diſsoluuntur. fol.45.

# ¶ INDEX CAPITVLORVM
## Libri.2.

Cap. primum quod operis argumentum continet. fol.130.
Cap. ſecundum de ſignis. fol.133
Cap 3. De cauſis. fol.135.
Cap. quartum, in quo iſt hæc magis elucidan-

dantur. 147.

Cap.quintum, in quo, quæ dicta ſunt, bene probantur. Ac inſuper de cauſa continente multa. fol.161.

Capi. ſextum de aeris temperatura in quo etiam multa pulchre de elementis. fol.205

Cap. ſeptimum, in quo probatur veteribus hoc morbi genus ignotum fuiſſe: atque alia. fol.224.

Cap.octauum de curatione. fol.245.

Cap.nonum de purgatione. fol.257.

Cap decimum de uenæ ſectione. fol.269

Capit.vndecimum de ſymptomatum correctione. fol.361.

¶Finis Tabula.